Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



74.

Quadraginta annis offensus fui generacoi isti: et dixi semper hi errant corde.
Et ipsi non cognouerunt vias meas vt iurauj in ira mea: si introibunt in requiem meam. Gloria patri. Psalm.
Cantate dno cantica nouum: cantate dno omis terra. Cantate dno et benedicite nomi eius: annuciate de die in die salutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius: in omibus plis mirabilia eius. Quia magnus dns et laudabilis nimis: terribilis est super omes deos. Quia omes dy gentium demonia: dns autem celos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificencia in sanctificacone eius.
Afferte dno patrie gentium afferte domino gloriam et honorem: afferte dno gloriam nomi eius. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dnum in atrio sancto eius. Commouear a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem qui non commouebitur: iudicabit plos in equitate.